



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ivlii Capitolini Clodivs Albinvs. Ad Constantinvn Avgvstvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

I V L I I C A P I T O L I N I
CLODIVS ALBINVS

AD CONSTANTINVM AVGVSTVM.



NO, EODEMq; tempore post Pertinacē, qui auto
 re Albino interēptus est, Iulianus à senatu Romæ,
 Septimius Seuerus ab exercitu in Syria, Pescennius
 Niger in Oriente, Clodius Albinus in Gallia impe
 ratores appellati sunt. Et Clodius quidem Herodia
 nus dicit Seuerū Cæsarem fuisse. Sed cum alterū in
 dignaret imperare, nec Galli ferre possent, aut Ger
 mani exercitus, quod & ipsi suū specialem principē
 haberent, undiq; cuncta turbata sunt. Fuit autē Clo

dus Albinus familia nobili Adrumētinus tamen ex Africa. Quare sortē illam,
 qua Seuerū laudatū in Pescennij uita diximus, ad se trahebat, nolens intelligi
 pessimus Albinus: quod eodē uersu continebatur, quo & Seueri laus, & appro
 batio Nigri Pescennij. Sed priusq; uel de uita eius, uel de morte dixero, etiam
 hoc dicendū est, quod eum nobilē fecit. Nā ad hunc eundē quondā Cōmodus,
 cū eum successorē Albino daret, literas dederat, quibus iusserat, ut Cæsar esset.
 exemplū indidi. Imperator Cōmodus Clodio Albino. Alias ad te publice
 de successorē, atq; honore tuo misi, sed hanc familiarem & domesticam omnē
 (ut uides) manu mea scriptā epistolam dirigo: qua tibi do facultatē, ut, si necessi
 tas fuerit, ad milites prodeas, & tibi Cæsareū nomen assumes. Audio em̄ & Se
 ptimiū, & Seuerū, & Noniū Murcum male de me apud milites loqui, ut sibi pa
 rent stationis Augustæ procurationē. Habebis præterea, cū id feceris, dandi sti
 pendij usq; ad tres aureos liberā potestatē: quin & super hoc ad procuratores
 meos literas misi, quas ipse signatas excipies signo Amazoniæ: & cū opus fue
 rit, rationalibus dabis, ne te nō audiant, cum de arario uolueris imperare. Sanē
 ut tibi insigne aliquod imperialis maiestatis accedat, habebis utēdi coccinei pal
 lij facultatē me præsentē, & ad me. Et cum mecū fueris, habiturus & purpureā, &
 sine auro: quia ita & proauus meus Verus, qui puer uita functus est, ab Hadria
 no, qui eum adoptauit, accepit. His literis acceptis à Nonio facere id, quod iu
 bebat, noluit: timens odiosum Cōmodum propter mores suos, quibus Remp.
 perdiderat, & se dedecorauerat, quandocūq; feriendū, ne ipse pariter occideret.
 Extat deniq; illius concio: quæ, cum accepit imperiū, & quidem Seueri, ut quidā
 uolunt, ante firmatū, huius rei memoriā facit, cuius hoc exemplū est. Inuitum
 me cōmilitones ductum ad imperiū etiā illud probat, quod Cōmodū donantē
 me Cæsareano nomine cōtempli: sed & uestre uoluntati, & Seueri Augusti pa
 rendū est. Quia credo sub homine optimo, & uiro forti posse bene Rēp. regi:
 nec negari potest. Marius Maxius dicit hūc animū Seuero primū fuisse, ut si
 qd ei contingeret, Pescenniū Nigrū, & Clodiū Albinū sibi substitueret. Sed po
 stea &

stea & filijs iam maiusculis studens, & Albini amori inuidens, sententiam mutasse, atq; illos utrosq; bello oppressisse maxime precibus uxoris adductū. Deniq; Seuerus eum COS. designauit, quod utiq; nisi de optimo uiro nō fecisset, homo in legēdis magistratibus diligens: sed ut ad eum redeam, fuit (ut dixi) Albinus Adrumentinus oriundus, sed nobilis apud suos, & originem à Romanis familijs trahens, Posthumiorum scilicet, & Albinorum Ceioniorum, Quæ familia hodie quoq; Constantine Maxime nobilissima est, & per te aucta, & augetur, quæ per Galienum, & Gordianos plurimum creuit. Hic tamen natus la re modico, patrimonio pertenui, parētibus sanctis, patre Ceonio Posthumio, matre Aurelia Messalina, primus suis parētibus fuit, cum exceptus utero, quod cōtra consuetudinem puerorum, qui nascuntur, & solent rubere, esset candidissimus, Albinus est dictus. Quod uerum esse patris epistola ad Aelium Bassianū tunc proconsulem Africæ data designat, affinem, quantum uidetur, eorum ipso

rum. Epistola Ceioni Posthumi ad Aelium Bassianum. Filius mihi natus est
 » VII Calend. Decemb. ita candidus statim toto corpore, ut lintheamen, quo exce
 » ptus est, uinceret. Quare susceptum eum Albinorum familiæ, quæ mihi tecum
 » communis est, dedi Albini nomine imposito. Fac ut Remp. & te, & nos, ut fa
 » cis, diligas. Hic ergo omnē pueritiam in Africa transegit, eruditus literis Græ
 » cis, ac Latinis mediocriter, quod esset animi iam militaris, & superbi. Fertur in
 » scholis sapissime cantasse inter puerulos.

» Arma amens capio, nec sat rationis in armis. Repetens,

» Arma amens capio.

Huic multa imperij signa, cū esset natus, facta dicuntur. Nam & bos albus purpureis ad plenum colorem cornibus natus est, quod mirandum fuit, quæ tamē cornua in tēplo Apollinis Baiani ab eodē posita iam tribuno diu fuisse dicunt, quod cū ille sortem de fato suo tolleret, his uersibus eidē dicitur esse respōsum.

» Hic rem Romanam magno turbante tumultu

» Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumq; rebellem.

Et in Gallia quidem eum multas gentes domuisse constat. Ipse autem suspicabatur de Seuero sibi prædictum, sternet pœnos, quod Septimius Afer esset. Fuit & aliud signum futuri imperij. Nam cum Cæsariana familia hoc speciale habuerit, ut paruuli domus eius in testudineis alueis lauarētur, nato infantulo testudo ingens patri eius munere piscatoris allata est, quod ille homo literatus omen accipiēs, & testudinē libenter accepit, & eā curari iussit, atq; infantulo ad exaldationes pueriles dicari, nobilitandū etiā hinc sperans. Cum rarum esset Aquilas in his locis uideri, in quibus natus est Albinus, septima eius diei hora, cōuiuio, quod celebritati pueri deputabatur, cū ei fierent nomina, septē Aquilæ paruulæ de nidis allatæ sunt, & quasi ad iocum circa cunas pueri constitutæ, nec hoc omen pater abnuī, qui iussit Aquilas ali, & diligēter curari. Accessit omen, quod cū pueri eius familiæ ruffulis fasciis illigarētur, qd forte lotæ, atq; uide essent ruffulæ fasciolæ, quas mater prægnans parauerat, purpurea matris illigatus est fascea. Vnde illi ioco nutricis etiā Porphyrij nomē inditum est. Hæc atq;

alia signa

Paruuli, pro
pueris.

Exaldatio.

Vide num le
gendum sit
ruffulis.

alia signa imperij fuere. Quæ qui uolet nosse, Aeliū Cordū legat, qui friuola su-
per huiusmodi omnibus cuncta psequitur. Adolescens igitur statim se ad militiā
contulit, atq; Antoninis per Lolium Serenū, & Bebium Metianū, & Ceionū
Posthumiā suos affines innotuit, Egit tribunus equites Dalmatas, egit & le-
gionē quartanorū & primanorū, Bithynicos exercitus eo tēpore, quo Auidius
rebullabat, fideliter tenuit. Deinde per Cōmodum ad Galliā translatus, in qua
afrs i Phrysijs fuisit fugientes Transhenanis, celebre nomē suum & apud Romanos, & apud
Barbaros fecit, Quibus rebus accensus Commodus, Cæsarianum ei nomen ob-
tulit, & dandi stipendij facultatem, & pallij coccini utendi, Quibus omnibus ille
prudenter abstinuit, dicens Commodum querere, qui aut cum eo perirent, aut
quos cum causa ipse posset occidere. Quæstura gratia illi facta est, qua cōcessa,
ædilis nō amplius q̄ decem diebus fuit, quod ad exercitū festināter mitteretur.
Deinde præturā egit sub Cōmodo famosissimā. Nam eiusdem ludis Commo-
dus & in foro, & in theatro pugnas exhibuisse perhibet. Cōs à Seuerō declara-
tus est eo tēpore, quo Albinū sibi cū Pescennio parauerat subrogare. Ad impe-
rium uenit natu iam grandior, & maior Pescennio Nigro, ut Seuerus ipse in ui-
ta sua testatur. Sed uicto Pescennio, cum & filijs suis imperium seruare cuperet,
& uoluntatem senatus maiore circa Clodium Albinum uideret, quod esset uir
antiquæ familiæ, literas ad eum per quosdam summi honoris, ac summæ affe-
ctionis misit, quibus hortabatur, ut quoniā occisus esset Pescennius Niger, ipse
cum eo fideliter Remp. regeret. Quarum exemplum hoc esse Cordus ostendit.

afrs i Phrysijs

Cum eo, p
secū, atq; ita
hic frequen-
ter loquitur.

Imperator Seuerus Augustus Clodio Albino Cæsari fratri amantiſſimo, &
desyderatiſſimo salutem. Victo Pescennio, literas Romā dedimus, quas Se-
natus tui amantiſſimus libenter accepit. Te quaſo, ut eo animo Remp. regas,
quo dilectus es frater animi mei, frater imperij, Bassianus & Geta te salutāt. Iu-
lia nostra & te, & sororē salutat. Infantulo tuo Pescenio Prineo munera digna
suo loco, tuōq; mittemus. Tu uelim exercitus Reip. ac nobis retentes mi una-
nime, mi chariſſime, mi amantiſſime. Et has quidē literas missis stipatoribus
fidelissimis dedit, quibus præcepit, ut epistolam publice darent, postea uero di-
cerent se uelle pleraq; occulte suggerere, quæ ad res bellicas pertinerent, & ad se-
creta castrorum, atq; aulicam fidem, ubi uero in secretum uenissent, quasi man-
data dicturi quinque ualidissimi eum interimerent gladiolis infra uestem laten-
tibus. Nec illorum quidem fides defuit. Nam cum ad Albinū uenissent, & epi-
stolam dedissent, qua lecta, cum dicerēt quædam secretius suggerēda, & locum
semotum ab omnibus arbitris postularent, & cum omnino neminem paterētur
ad porticum longissimam cum Albino progredi, ea specie ne mandata prode-
rentur, Albinus intellexit insidias. Deniq; indulgens suspicionibus eos tormen-
tis dedit. Qui diu primo pernegarunt, sed postea uicti, necessitate confessi sunt
ea, quæ Seuerus iisdem præceperat. Tunc iam proditis rebus, & apertis insidijs,
ea, quæ suspicabatur Albinus dara esse intelligens, exercitu ingēti collecto, con-
tra Seuerum, atq; eius duces uenit, & primo quidem conflictu habito, cōtra du-
ces Seueri potior fuit. Post autem Seuerus ipse, cum id egisset apud senatum
ut hostis

Potior, pro
ugetiōm.

ut hostis iudicaretur Albinus, contra eum profectus acerrime, fortissimèq; pugnavit in Gallia non sine uarietate fortunæ. Deniq; cum sollicitus augures consuleret, responsum illi est, ut dicit Marius Maximus, uenturum quidem in potestatem eius Albinū, sed non uiuum nec mortuum: quod & factum est. Nam cum ultimum prælium commissum esset, innumeris suorum cæsis, plurimis fugatis, multis etiam deditis Albinus fugit: & ut multi dicunt, se ipse percussit, ut alij à seruo suo percussus semiuiuus ad Seuerum deductus est. Vnde confirmatum est augurium, quod fuerat ante prædictum. Multi præterea dicunt à militibus, cuius nece à Seuero gratiam requirebant. Fuit Albino unus (ut aliqui dicunt) filius, Maximus dicit duo. Quibus primū ueniam dedit. Postea uero eos cum matre percussit, & in profluentem abiici iussit. Caput eius excisum pilo circumtulit. Romamq; misit literis ad senatum datis: quibus insultabat, quod Albinum tantopere dilexissent, ut eius affines, & fratrem præcipue ingenti honore cumularēt. Iacuisse ante prætorium Seueri Albini corpus per dies plurimos dicitur usq; ad fœtorem, laniatumq; à canibus in profluentē abiectum esse. De moribus eius uaria dicuntur. Et Seuerus quidem ipse hæc de eodem loquitur, ut eum dicat turpem, malitiosum, improbum, inhonestum, cupidum, luxuriosum. Sed hæc belli tempore uel post bellum, quando ei iam uelut de hoste credi non poterat. Cum & ipse ad eum quasi ad amicissimum frequentes miserit literas, & multi de Albino bene senserint, & Seuerus ipse Cæsarem suum eundem appellari uoluerit. Et cum de successore cogitaret, hunc primum habuerit ante oculos. Extant præterea Marci epistolæ de hoc eodem, quæ testimonium & uirtutum eius ferant, & morum: quarum unam inserere ad præfectos datam super eius nomine absurdum non fuit. M. Aurelius Antoninus præfectis suis salutem. Albino ex familia Ceioniorum Afro quidem homini, sed non multo ex Afris habenti, † Plautini genero duas cohortes alares regendas dedi. Est homo exercitatus, uita tristis, grauis moribus: puto eum rebus castrensibus profuturum, certe obfuturū non esse satis noui. Huic salarium duplex decreui, uestem militarem simplicem, sed loci sui stipendium quadruplum. Hunc uos adhortamini, ut se Reip. ostentet habiturus præmium, quod merebit. Est & alia epistola, qua idem M. Auidij Cassij temporibus de hoc eodem scripsit, cuius exemplum hoc est. Laudanda est Albini cōstantia, qui grauitate deficientes exercitus tenuit, cum ad Auidium Cassium confugerent. Et nisi hic fuisset, omnes defecissent. Habemus igitur uirum dignum consulatu, quem sufficiam in locum Cassij Papirij, qui mihi exanimis propè iam nunciatus est. Quod interim à te publicari nolo, ne aut ad ipsum Papiriū, aut ad eius affectus perueniat. Nosq; uideamur in locum uiuentis C. O. S. subrogasse. Et istæ igitur epistolæ testantur Albinum uirum utilem fuisse. Indicant & illud præcipue, quod ad eas ciuitates instaurandas, quas Niger attriuerat, pecuniam misit, quo facilius sibi earum accolos conciliaret. Gulosum eum Cordus, qui talia persequitur, in suis uoluminibus fuisse dicit. Et ita quidem, ut pomorum tantum hauserit, quantum ratio humana non patitur. Nam & quingentas ficos passarias, quas Græci callistrucias

C uocant,

Aps † cumu / larent.

Aps † Plau / tili.

Affecti, pro / fautores.

uocant; ieiunū comedisse dicit: & centū persica Campana, & melones Hostien-
 ses decem, & uuarū Lauicanarū pondo uiginti, & ficedulas centū, & ostrea qua-
 dringenta. Vini sanè parcū fuisse dicit, qd' Seuerus negat: qui eum asserit ebrīū
 etiā in bello fuisse. Cum suis etiā nunq̄ cenauit. uel ppter uinolentiam, ut dicit
 Seuerus, uel propter morū acrimoniā, uxori odiosissimus fuit: seruis iniustus:
 atrox circa militē. Nam sæpe & ordinarios centuriones, ubi causæ qualitas non
 postulabat, in crucem sustulit. Verberauit certe uirgis sæpissime: neq̄ unq̄ deli-
 ctis pepercit. In uestitu nitidissimus fuit: in cōuiuio sordidissim⁹, & soli studens
 copīa: mulierarius inter primos amatores, aduersæ Veneris semper ignarus, &
 talium persecutor. Agri colendi peritissimus: ita ut etiā Georgica cōscripserit.
 Milesias nonnulli eiusdē esse dicunt: quarū fama nō ignobilis habet, c̄p̄uis me-
 diocriter scriptæ sint. A senatu tantum amatus est, quantū nemo principum, in
 odium speciatiim Seueri, quē uehemēter ob crudelitātē oderant senatores. De-
 niq̄ uicto eo, plurimi senatores à Seuero interfecti sunt, qui eius partium uel
 uere fuerant, uel esse uidebant. Deniq̄ cū apud Lugdunū eundē interfecisset,
 statim literas inquiri iussit: ita ut inueniret, uel ad quos ipse scripserat, uel qui ad
 eum rescripserat: omnesq̄ illos, quorū epistolas repperit, hostes iudicari à se-
 natu fecit: nec his pepercit, sed & ipsos interemit, & bona eorū proposuit, atq̄ in
 ærariū publicū rettulit. Extat epistola Seueri, quæ ostendit animū suum missa
 ad senatū, cuius hoc exemplum est. Nihil mihi gratius potest euenire P. C. c̄p̄
 ut uestrū iudiciū Abinus haberet potiusq̄ Seuerus. Ego frumēta reip. detuli
 ego multa bella pro rep. gessi: ego populo Romano tantum olei detuli, quantū
 rerum natura uix habuit. Ego, interfecto Pescennio Nigro, uos à malis tyranni-
 cis liberaui. Magnā sanè mihi reddidistis uicem, magnā gratiā: unū ex Afris, &
 quidē Hadrumentinis fingentē, qd' de Ceioniorū stemmate sanguinē duceret:
 usq̄ adeo extulistis, ut eum principem habere uelitis, me principe, saluis liberis
 meis. Defuitne quæso tanto senatū, quē amare deberetis, qui uos amaret? Hui⁹
 fratrem honoribus extulistis, ab hoc cōsulatus, ab hoc præaturas, ab hoc speratis
 cuiusuis magistratus insignia. Non eam gratiam mihi redditis, quā maiores ue-
 stri cōtra Pisonianā factionē, quā item pro Traiano, quā nuper cōtra Auidium
 Cassium præstiterūt: fictum illum & ad omnia mendaciorū genera paratū, qui
 nobilitatē quoq̄ mētus est, mihi proposuistis. Quinetiā audiendus in senatu
 fuit Statilius Corfulenus, qui honores Albino, & eius fratri decernendos duce-
 bat: cui hoc superfluit, ut de me ille decerneret homo nobilis ad triumphum.
 maior fuit dolor, quod illum pro literato laudandum pleriq̄ duxistis: cum ille
 nanijs quibusdā anilibus occupatus inter Milesias Punicas Apuleij sui, & ludi-
 cra literaria cōsenesceret. Hinc apparet quanta seueritate factionē uel Pescen-
 nianam, uel Clodianā uindicauerit. Quæ quidē omnia in uita eius posita sunt.
 Quæ qui diligētius scire uelit, legat Marium Maximū de Latinis scriptoribus,
 de Græcis Herodianū: qui ad fidem pleraq̄ dixerūt. Fuit statura procerus, ca-
 pillis renodi & crispo, fronte lata, candore mirabili: & ut pleriq̄ putant, ex eo
 nomen acceperit: uoce muliebris & propè ad eunuchorum sonum, motu facili,
 iracundia

Mulierarius

Milesias fa-
bella.Apuleij
alinus.

iracundia graui, fauore tristissimo, in luxuria uariis. Nam saepe appetens uini,
 frequenter abstinens. Armorum strenuus prorsus, ut non male sui temporis
 Catilina diceretur. Non ab re esse credimus causas ostendere, quibus amorem
 senatus Clodius Albinus meruerit. Cum Britannicos exercitus regeret iussu
 Commodi: atq; illum interemptum adhuc falso comperisset, cum sibi ab ipso
 Commodo Caesarianum nomen esset delatum: processit ad milites, & hac con-
 » cione usus est. Si senatus P. C. suum illud uetus haberet imperiū: nec in unius
 » potestate res tanta consisteret: non ad Vitellios, neq; ad Neronēs, neq; ad Do-
 » mitianos publica fata uenissent in imperio consulari. Nostra illae gentes Ceio-
 » niorum, Albinorum, Posthumiorū: de quibus patres uestri, qui & ipsi ab auis
 » suis audierant, multa didicerunt: & certe Africam Romano imperio senatus
 » adiunxit. Galliam senatus subegit & Hispanias: orientalibus populis senatus
 » dedit leges. Parthos tentauit senatus: & subegisset, nisi tam auarum principem
 » Romano exercitui fortuna reipublicae tunc dedisset. Britannias Caesar subegit:
 » certe senator, nondum tamen dictator, Hic ipse Commodus quanto melior
 » fuisset, si timuisset senatum. Et usque ad Neronem quidem senatus autoritas
 » ualuit, qui sordidum & impurum principem damnare non timuit: cum senten-
 » tia in eum dicta sint, qui uitae necisque potestatem atq; imperium tunc tenebat.
 » Quare commilitones ego Caesareum nomen, quod mihi Commodus detulit,
 » nolo: Diū faxint, ut ne alij quidem uelint. Senatus imperet: prouincias diuidat:
 » senatus nos consules faciat: & quid dico senatus? uos ipsi senatores & patres,
 » uestri enim eritis. Haec concio, uiuo adhuc Comodo, Romam delata est, quae
 » Commodum in Albinum exasperauit: statimq; successorem misit Iunium Se-
 » uerum unum ex contubernalibus suis. Senatui autem tantum placuit, ut miris
 » acclamationibus absentem eum ornaret, & uiuo Comodo, & deinceps inter-
 » empto: ita ut nonnulli etiam Pertinacis autores fuerint, ut eum sibi socium adsci-
 » fceret. Apud Iulianum de occidendo Pertinace ipsius plurimū autoritas ualue-
 » rit. Ut autem hoc uerum intelligatur, epistolam Commodi ad praef. praet. suos
 » datam inserui, qua de occidendo Iuliano significauit suam mentem. Aurelius
 » Commodus Seuerus praefectis salutem. Audisse uos credo primum factum
 » esse, quod ego in meorū consilio interfectus essem: deinde concionē Clodij
 » Albini apud milites meos habitam, qui se multum senatui cōmendat:
 » idq; quantum uidemus nō frustra. Nam qui principem unum in
 » repub. negat esse debere: quicq; asserit à senatu oportere totam
 » rempublicam regi, is per senatum sibi petit imperium. Ca-
 » uete igitur diligentissime: iam em̄ hominē scitis uobis
 » militibus populocq; uitandum. Has literas cum
 » Pertinax inuenisset, in Albini odium publi-
 » cauit. Quare Albinus occidendi Pertina-
 » cis Iuliano autor fuit.

Nunc serui/
unt omnia.

C 2 Aelij